Quelle: https://manuscripta.at/?ID=59
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



gunct uenit ac in mente. A. Omnino assentio. A. Id quoque
te arbitror assentire. cum di
camus nomen significare nos
aliquid. A. Verum est. A. Quid
tande. A. Id scilicet quod quod que
appellant uelut romulus roma.
uirtus. fluuius. et innumerabi
lia cetera. A. Num ista quatuor
nomina nullas res significant. Ad
Immo aliquas. A. Num nihil
distat inter hec nomina. & eas res
que his significant. A. Immo
plurimum. A. Velle abste audire.
quid nam id sit. A. hoc tu in primis
quod hec signa sint illa non sunt.
A. Placet ne appellemus
significabilia ea que signis signi
ficari possunt. & signa non s. sic
ea que uideri possunt uisibilia no
minamus. ut de his deinceps com
modius disseramus. A. Placet u.
A. Quid illa quatuor signa
que paulo ante pnunciasti nullo
alio signo significantur. A.
Miror quod iam michi excidisse ar
bitaris quod ea que scribunt eorumque
uoce pferunt. signorum signa esse
comperimus. A. Dic inter ista
quid distet. A. Quod illa uisibilia
sunt. hec audibilia. Cur enim non
et hoc nomen amittas. si amisimus
significabilia. A. Prorsus
amitto. & gratum habeo. sed rursus
quero. quatuor hec signa nullo ne
alio signo audibili significari que
ant. ut uisibilia recordatus es. A.
Hoc quoque recentius dictum recordor.
Na nomen respondere significa
re aliquid. & huic significationi.
quatuor ista subiecere. et illud.
autem et. hec siquidem uoce pfe
runt. audibilia esse cognosco. A.
Quid ergo inter audibilia signum et
audibilia significata que rursus
signa sunt interest. Inter illud quod
quod dicimus nomen & hec quatuor
que significationi eius subiecimus
hoc distare uideo. quod illud audibile
signum est signorum audibilium. hec uero
audibilia quidem signa sunt. non
tamen signorum. sed rerum parum ui
sibilium. sicuti est romulus roma. flu
uius. parum intelligibilium. sic est
uirtus. A. Decipio & probo. A.
Scis ne omnia que uoce articulata
cum aliquo significatu pferuntur
uerba appellari. A. Scio. A.
Ergo et nomen uerbum est. quando
quidem id uidem cum aliquo signifi